



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**R.P. Lvcae Pinelli, Societatis Iesv Meditationes De  
Sanctissimo Eucharistiæ Sacramento, Et præparatione ad  
sacram communionem**

**Pinelli, Luca**

**Coloniæ Agrippinæ, 1603**

Historia Annvntiationis Mariæ Virg.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-59560](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-59560)

## DOCUMENTA.

1. Cum Deus sit Dominus sapientissimus, & merito debes, nisi arrogatissimus sis, Maria exemplo approbare prestare quicquid ab eo ordinatum fuerit.

2. Fili, si non colas tuos maiores, displice tibi Deo, tibiq. de decori eris.

3. Exercitia temporalia, quantum fieri potest, accommodari debent ad spiritalia, ut ne ab illis hæc vel impediatur, vel perturbentur.

HISTORIA ANNUNTIATIONIS  
MARIE VIRGINIS.

**E**Vodius ait, quatuor mēsis post a in ep. desponsationem peractā missū à Deo bl. i. off. ca. angelum Gabrielem ad Mariā virginē, id est. que Ambrosio b & Hieronymo c testificat. in epi. ad Eustoch. sua, ut habet d Bernardus inclusa oratione d hom. 2. de ni vacaret: eamque salutasse, & annunci- B Virg. asse, quod cōceptura & paritura esset mū- e cap. 1. di Saluatorem, Maria verò auditis tantis f Ansel. in in saluatione laudibus, inquit B. Lucas e ho. int. les. turbata est, & postea petiuit, quomodo Aug. de S. fieret istud, cum virum nullum hæc Virg. ca 4. nus cognoverit Nā, ut S. Patres exponūt et alij, quos ediderat votū perpetuæ virginitatis. Cui citat Can. angelus respōdit, illud futurū o pa Spiritus 2, 6, 14. san.



sancti, sine vlla violatione, vel voti, vel vir-  
ginitatis. Tunc Maria humiliter diuinæ  
Majestati se subiecit. Chrysoftomus g ex-  
istimat verbum diuinum incarnatum fu-  
isse, quando Angelus dixit: Dominus  
tecum. Verum *h* Augustinus, & *i*  
*h de fid. ad* Damascenus volunt incarnatum quan-  
*Petr. ca. 18.* do Maria præstitit assensum, & di-  
*isid. orth. l.* xit. Ecce ancilla Domini, fiat mihi secun-  
*3. cap. 2.* dum verbum tuum. Angelus denique  
peracta legatione, & patefacto mysterio  
novo, quod & Elisabeth in senectute sua  
ex voluntate Dei concepisset, abcessit, &  
Maria suam persecuta est orationem.

PVNCTA MEDITATIONIS.

1. **C**ONTEMPLARE, quomodo Maria,  
dum optat esse ancilla matris Mes-  
sias, eaque de causa Dominum interpel-  
lat, Angelus mox humili reuerentia eam  
salutet, & gratia plenam, ac inter mulie-  
res benedictam appellet.

2. **C**ONTEMPLARE, quomodo Maria  
audita tali salutatione turbata sit, &  
cogitando qualis esset hæc saluatio, ei  
responderit Angelus, ipsam à Deo electam  
in matrem Messias filij sui.

Contemplare, quomodo intelligens  
præterea matrem simul fore & virginem  
permanсурam, non elata sit ex tanta di-  
gni-



MEDITATIONES. 239

guitate, sed potius se humiliaverit, dicēs:  
Ecce ancilla Domini, fiat, quicquid ille or  
dinavit, vel mandavit.

DOCUMENTA.

1. Fili, si vis à Deo exaltari, age ut ex  
emplo Maria tua humilitas nascatur ex  
corde.

2. Ne queras, nec gaudeas laudari ab  
hominibus; Maria siquidem ab angelo lau  
data, turbata est.

3. Fili, si velis animam tuam esse ca  
ram, & pulchram in oculis tui Domini, or  
na eam castitate & humilitate sicut eam  
ornavit Maria.

HISTORIA VISITATIONIS

B. Mariae.

CUM Maria cognovisset ab angelo, a *LUC. CA. I*  
Elisabeth à Deo donatam gratia

concupiendi in senectute & sterilitate, ex  
urgens ab oratione abiit visitatum illam,  
ut illi de recepto dono congratularetur.

Quo in itinere licet aspero, propter mon  
tes, & longo (Nazareth enim, unde illa di  
cessit, usque ad confinia Hierosolymæ,

in quibus exstabat, auctore b Beda & Au *b LUC. IB.*  
gustino domus Zachariæ, tridui itinere  
distabat) teste Bernardo. non sensit fasti  
dium, quod sentire solent mulieres post *cin ferm. de*  
*ver. Apoc.*

K CON-